



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

lvii. Ad neruos laesos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Ad debilitationem & langorem accipitris.

ACCIPITRI debilitato & languenti auxiliatur hoc medicamentum , quod habet croci, rosarū aridarum , singulorum semunciā ex sanguine leporino feraente: conterito illud , accipitri præbeto ex carne suilla frigida,& ad sanitatem perduces. Vel croci scrupulum , vinum vetus , in vnum contundito : potanda præbeto accipitri, eiusque cibatui hircinam carnem dato, & conualefcet.

Ad neruos lesos.

ACCIPITREM ex neruis laborare cognoscet, cum ad aucupandum emissus aucupari recusat , & aspectū auertit ab ipsa præda. hoc fit , vel cum arbori implicatus fuit, vel ad saxū genua offendit , vel arnios læsit. Huic succurrit hoc remedium,quod recipit axungiæ bubulæ,ceruinæ medulle, ceræ,singulorum semunciam:in ollam nouam hæc indito:cochlearum,olei Aphirici fescunciam adjicito, atque omnia cum sponsa & vino contundito :genua & calcanea inungito,& sanitatem recipiet. Aliqui axungiam suillam, tum axungiam pulli columbini, succum maluæ & betæ in ollam adjiciunt , contundunt , genua , calcanca per-

spongiam perlinunt. Nonnulli axungiam gallinæ, oleum rosaceū, serum, mastichen pari pondere in ollam nouam conijciunt, coquunt, locum afflictum perungunt, & pristinam valetudinem restituunt.

Ad vitreaginem oculorum.

ACCIPITRIS vitreagine laborare oculos, signa sunt tubercula ad oculos & nares velut paruulæ auellanulæ exorta. remedium hoc adhibeto. Lignum cupressinum acuito, idque ignitum ter in eius nares inserito, vbi vitreaginem videoas, locum exprimito, & mellis exiguum inspergito.

Ad accipitris frigus.

SI accipiter frigore rigeat, ita ipsum curabis. Piperis, pediculariæ, singulorum granis tribus in unum contritis illius palatum illinito, ad solem exponito accipitrē, deinde ipsum pascito, & perueniet ad sanitatem. Vel sumito succum cynoschesi, piperis, pollinem, apij semen, mellis medium partem, hisque simul commixtis carnem conspersam accipitri præbeto, & interiora omnia expurgabit. Vel allium simul cum pipere dabis illius cibatui, & rigor discutietur. Vel semen raphani, rutā sylvestrem, piper, cuminum, mista contundito, cibatui

V ij